



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 134. A Gallis rejecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. redderentur, præterea Caletum, Aquitania, cum omnibus annexis juribus, pleno ac supremo Dominio, Anglis relinquerentur, ac subditi a fidelitate, homagio ac Gallorum jurisdictione penitus abstergerentur. Nempe Cardinalis expressis Provinciarum, terrarum, ac ditionum nomine, totam Normanniam, Andegavum, Cenomanum, Aquitanniam, Vascoviam, Turonium, Pictavium, Montrolium, Britanniae Ducatum, & comitatum Flandriae complectebatur cum omnibus ceteris Dynastiis, quas olim Angliæ Reges vindicaverunt, & quæ inter mox recensitas provincias non comprehenduntur.

§. CXXXIV.

Hæ conditiones rejectæ.

Quamquam vero omnes pacem conditionibus adeo duris restitutum minime crederent; nihilominus Burgundiae Ducissa nequaquam animum despondebat, sed alteram potius ineundæ concordiae viam aperuit, ac die vigesima nona Julii proposuit, quod Anglis per quindecim, viginti, vel omnino per triginta annos jurium suorum usus indulgeretur: quo temporis decursu Rex Angliæ titulo Regis Galliae renuntiaret, perpetuo tamen jure Aquitanniam, Normanniam & Picardiam possideret; Britannia

vero

vero Francorum Regi fidem ac obsequium Sæcul. XV.
 interea profiteretur: absoluto autem A C 1428.
 hoc temporis intervallo, si Rex Angliæ
 prætenso suo juri cedere vellet, pacem
 concludendam esse; secus vero eidem,
 ut jus suum armorum potentia perseque-
 retur, liberum fore. Verum cum non
 solum Gallis, sed etiam Anglis hoc con-
 silium minime probaretur, conventus om-
 nino dissolvi cæpit, & pace necquid-
 quam expectata, belli flamma denuo re-
 vixit.

§. CXXXV.

Rerum status in Regno Neapolis.

In Italia Cardinalis Vitellescus armis suis, Summont.
 atque victoriis universum Neapolis Re- hist. Neap. l. 4
 gnum, pulso Alphonso Arragonio, qui
 illud sibi subjicere nitebatur, haud diffi-
 cili negotio aut Romanæ Ecclesiæ, aut
 Renato Duci Andegavensi legitimo hæ-
 redi vindicare potuisset; ille vero sive
 vano metu perterritus, sive alia occulta
 de causa, a feliciter cæptis ignominio-
 se destitit, in hoc vel maxime reprehen-
 dendus, quod inducias Alphonso conces- Antonin tit.
 sisset: nisi forte eum in finem id fecerit, 22. c. 11. §. 20.
 ut eo cautius consilia, quæ contra hunc
 Regem foverat, occultaret; hunc enim,
 dum nil sollicitus in vico quodam Nata-
 le Domini celebraret, ex insidiis interfi-
 cere